

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Catalogus Lectionum & Operarum, in Universitate Rostochiensi, Proximo
Semestri, Bono cum Deo, Expediendarum. Propositus Ipsiſ Ianuarii Calendis,
Anni M DC. LXXV.**

Rostochii: Kilius, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746332491>

Druck Freier  Zugang





1675

Catalogus
Lectionum & Operarum,
ⁱⁿ
UNIVERSITATE ROSTO-
CHIENSI,

Proximo Semestri, Bono cum DEO,
Expediendarum.

Propositus

Ipsis Januarii Calendis, ANNIM DC. LXXV.
ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILI, Universitatis Typogr.



M. 1257(3)

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOANNES JACO-
BUS DÖBELIUS,
CIVIBUS ACADEMICIS
Salutem.



Rat singulari plane consilio,
publico Visitationis decreto, A.
M. D. XCIX. d. XXIV. Mart. or-
do operarum Academicarum,
cùm Publicarum tùm Privata-
rum, in singulare Universita-
tis incrementum introductus,
quem apud Absocerum mem-
ERNESTUM COTHMAN-
NUM, Virum, si quis alias, de
Nobis bene meritum, Responsionum Academicarum
quadragesimā quintā est reperire. Verum enim verò,
solent omnes bonæ Leges, subinde non renovatæ, non
repetitæ, non crebrius inculcatæ, in desvetudinem pau-
latim abire. Et hic dictus Ordo eas erat, injuriā tempo-
ris, jam lituras passus; ut Anno MDCIV. d. XXIII. Octobr.
Eodem COTHMANNO Rectore, vigoris suo debito fue-
rit restituendus. Spargebantur Heic loci exitialis Pestis
semina: supplicabatur DEO, Authori Vitæ, firmatoque
unanimi, de vestitu insolentiore deponendo, concluso;
sequentes, inter alias, fidem & diligentiam Dnorum
Professorum stringentes Leges promulgabantur.

I. Le-

I.

Lectiones publicæ diebus ordinariis institu-
entur, & singuli Professores, omnium Facul-
tatum, minimum, lectiones quinquaginta, sin-
gulis semestribus recitabunt, & si quid diebus
ordinariis neglectum sit; diebus extraordina-
riis resarcient & supplebunt. Pro intermissis
singulis lectionibus thalerum solvent, Cum E-
meritis, morbo sōntico oppressis, vel Reipub.
causa absentibus, prout Reverendo Concilio
vulum fuerit, dispensabitur.

II. Lectiones privatæ non solis Professoribus
publicis; sed & aliis Doctoribus & Candidatis,
qui eruditionem suam Reverendo Concilio, vel
Facultatum Decanis testatam fecerunt, diebus
& horis illis, quibus publicè non docetur, per-
missæ erunt.

III. Disputationes anniversariæ in singulis Fa-
cultatibus, secundum earum ordinem quotannis
habebuntur, & qui ea in re negligens fuerit, de-
cem thaleris mulctabitur. Emeritis, morbo sōn-
tico impeditis, vel Reip. causa absentibus, per
substitutum eiusdem Facultatis Professorem, ex
Reverendi Concilii decreto, super ea re interpo-
sito, disputare licebit.

IV. Disputationes Juridicas menstruas Facul-
tatis Juridicæ Professor junior habebit, sub mulcta
octo thalerorum, pro intermissis singulis dispu-
tationibus soluenda,

V. In aliis quoque Facultatibus, prout earum Decani constituent, disputationes crebriores interponentur.

VI. Doctores, Licentiati, & Magistri, qui in Professorum numero non sunt, si membra Academiz esse, & privilegiis uti frui velint; Singuli singulis Semestribus, unam ad minimum disputationem habebunt, vel materiam aliquam Theologicam, Juridicam, Medicam, aut Philosophicam, ex Decanorum praescripto, diebus extraordinariis explicabunt, & ad quosvis actus publicos accedent, sub poena arbitraria.

VII. Theses disputationum exhibebuntur breves, nervosæ, graves, ex ipsis doctrinarum & artium fontibus petitæ, nullisque vel paucis tantum allegationibus confirmatae.

VIII. Finito quolibet Semestri, ante diē Tiburtij & Dionisi, singuli Professores, Decanis singularum Facultatum, sub fide indicabunt & affirmabunt, utrum lectionum & disputationum numerum absoluerint, nec nè ? Decani hoc ipsum, diebus Tiburtii & Dionisi, ad Magnificum pro tempore Rectorem & reverendum Concilium sub poena arbitraria referent.

Eâ verò religione hasce observavit Antiquitas leges, ut, alias inter, ipse laudatus modò Absocer, quod in Honorem Ejus, & singulare Legum servandarum studium dictum, in commune Bonum, semel atque iterum, definitam obtulerit multam, lectio.

lectionis dilatae: non attentâ Remorâ, vel à Morbi sævitia,
vel aliis etiam, pro Academæ defensione suscepisti; cum
que intermissis Professionis laboribus jure compensan-
dis negotiis injectâ, ne quis Ejus exemplo abuteretur.
Quin immò authoritate eadem publicâ, A. M. DC. XV.
Rectore EILHARDO LUBINO, & Anno M. DC. LXII.
Rectore JOHANNE QVISTORPIO, sunt renovatae: ut,
quantum possent, ab omni præservarentur labo detri-
mentove. Ecquid verò utilius, quid gloriostius Universæ
poterat Universitati conferri? Advolant ad Nos, bonarum
Artium cupidi, velut ad nundinas & Emporium litera-
rum. Hi, si expleant animi desideria; in perpetuam Acade-
miae gloriam, vel Fulcimenta redduntur Rerum publica-
rum, vel Instrumenta alia, Deo & hominibus grata. Quod
si, præter culpam propriam, haud fiant compotes voti;
vel tristes cum Ignominia nostra secedunt; vel subsisten-
tes, nihil, aliena, male agendo, & tempus perdunt, &
Parentes bonis spoliant, injurii pariter & perjuri in DEUM,
Proximum, & semet ipsos. Haud abs re Megalander no-
ster Educationem Adolescentis aut Manuductionem
sомнolentam, ipso stupro gravius pronunciavit pecca-
tum: siquidem Hoc, corpus vitiatur hominis, ad colum
fortè culinam ve damnati: Illâ, & animus corruptitur
cum corpore, ad statum Reipublicæ pro communi Bono
evehendi. Qualis Schola: talis est Respublica. Quam
etiam felix est Schola, cuius Sustentatio honestior, & ubi-
rius incrementum, Superioribus curæ est cordique; & in
quâ non cum gemitu, vitæve pene tædio laborare cogun-
tur, qui laborant: tam est futura beata Respublica, cu-
jus in Scholis incorrupta Doctrina, Vitæ, Morum se-
mina, incorruptis auditorum animis fideliter commit-
tuntur. Operarii sumus omnes in vineâ Domini: nec
tam hominibus laboramus, quam ipsi DEO. Ab Ope-
rario

rario ultra fidem requiritur nihil: sed ut præstare fidem possis; Scientia, Voluntas, & Otium prærequiruntur. Frustra voluerit, qui nesciverit: & frustra sciverit, qui nequiverit, mole alienorum obrutus negotiorum. Ratio propediem venit reddenda Præstitorum omnium, strictior opinione. Non defendet heterogeneorum prætensio laborum, aliunde oblatorum: neque enim admittendum erat, cui ferendo eras impar. Non sponde susceptorum, privative lucri gratia sæpè imploratorum: Publica erant privatis anteferenda. Non excusabunt negligentiam concepta aliorum, & falso sæpè concepta æmulatio, invidia, detrectatio: postulabat Virtus exercitii campum, cuius comes Invidia est indivisa. Maximorum est & generosissimorum; bene agere, & audire malè. Non salarioli intercedet vilitas: neque disdiscere debebat, quod placuerat antè. Quâ conditione munus admissibile, satis faciendum erat admisso. Non Auditorum juvabit raritas: Ipse, qui medius est trium duorumve, in Nominis suo congregatorum, qui que duobus, in Via Emauntica, discipulis se associabat, vilissimæ, ad Fontem, Mulierculæ salutaria præponebat. Suffecit Præclarissimis Doctorum sæpe, auditorum Unus: si fuit Bonus. Excitat Auditor Studium: sed & Professoris ardor studium sæpe excitat auditoris. Atq; hoc ardore præsens hic Operarum Academicarum Catalogus, sub præsentis novi anni, qui auspicatissimus sit omnibus! auspicio, publicatur. Vestrum erit, CIVES STUDIO-SI, proficere: Nostrum erit, prodesse. Benedictus brevi futurus, qui fideliter: Maledictus, qui negligerter opus Dominis tractavit.

Hora

Horā VIIma Matutinā.

JOANNES JACOBUS DÖBELIUS, absoluta, per DEI
Gratiam, præterito semestri, Generali Phytologia
Philologico-Physico-Oeconomico-Pharmaceutico-
Medico-Historico-Symbolico-Mysticā; ad Specialē,
quām primum lux affulserit, progredietur: operam
daturus, ut præfinitum Lectionum publicarum nu-
merum si nō superare; saltim exæquare; privatū præ-
terea Collegium Hexaëmeri Mosaici, ante trimestre
cœptum, BONO cum DEO, circa Paschatos vel Pen-
tecostes festum absolvere, in super Anatomicis de-
monstrationibus Studio sam Juventutem exercere
valeat. Circa Disputationes Publicas, in ordinem
revocandas, præstari plura mavult, quām promitti.

FRANCISCUS WÖLFIUS Phil. Mag. & Log. PP.
hactenus publicis lectionibus à VII, in IIX. ipsa
præcepta Logica, omnibus scitu necessaria, se-
questratis minus utilibus atque dubiis, in compen-
dio exposuit. Quibus brevi absolutis, eandem
denuò telam exorsurus, in eo elaborabit, ut, quā
fieri poterit, perspicuitate, precepta Logica doctri-
nis Theologicis rite applicet, & Nobiliss: Dni. Au-
ditores perspiciant, quo tandem utilitatis atque
necessitatis, sese per summa Theologia mysteria
diffundentis, admirabili splendore, Logicæ digni-
tatem dissentibus commendare valeat. Horas
privatas controversiis emedullaudis, & disputatio-
nibus, si quibus hæc velitationes arriserint, conse-
crabit.

Horā

Horā VIII.

AUGUSTUS VARENIUS, D. Deo Opt. Max. gratiam
vitamque largiente, post excusas Papistarum, de
cohærentiâ invariatae Augustanae Confessionis Ec-
clesiarum, cum damnatis olim hæresibus, calum-
nias, collationem Augustanae Confessionis, cum
Decretis & Canonibus Tridentinis, dogmaticam &
historicam, publicè in Auditorio magno, dabit.
Idem augustissimum nostrarum Ecclesiarum
Symbolum, contra Adversariorum blasphemias cri-
minaciones vindicabit. Disputando pariter publicè,
in Elenchitico, Breviarium Theologicum: in Criti-
co sacro, Scriptorum in primis, Ecclesiastico, seculi
tertii Rationariū: in Biblico autem, eodemq; Exege-
tico Elenchitico, Deuteronomium absolvet. Colle-
gio quoq; Universali Theologico Lectorio & Dispu-
tatorio, privatim SS. Theologiae Cultoribus stu-
dium, veteri more affectuque accommodabit.

D. CASPARUS HABERMANN superiori Seme-
stri publicitus præ legit, tum Institutiones Justini-
aneas, tum tit. Digestorum de Reg. jur. Et ne dispu-
tandi exercitium deesset juris consecraneis; disqui-
sitioni publicæ elegantissimas B. Ludv velli subjecit
exercitationes, è quibus septem hactenus ut ven-
tilavit; ita ad examinandas ceteras, nec min⁹ ad ea,
quaæ explicanda adhuc supersunt in Instit: & Regul.
juris, mox est redditurus : Quod privatos ejusdem
attinet labores: absolvit superiori æstate collegium
tum Digestorum tum Institutionum. Nunc verò e-
tiam explicandis denuō primis juris elementis non
modō vacat, ac operam suam impendit; sed &, jam
antè intimatum collegium Digestorum, post ferias
aperiet,

HIN-

HINRICUS Dringenberg / Hebr. Linguæ & Catech.
Christianæ Professor, in dissertationibus philologi-
cis, super illustri classicoqueloco, quem apud Pro-
phetam MICHAM cap. V, 1. & apud allegantem
Matttheum cap. II, 6. visere est, studiosè (quando
ea consideratio tempori apprimè respondet) pro-
gredietur. Quibus feliciter absolutis, ad ordina-
rios labores, Psalmorumquæ adeò expositionem
analysinque hebræam, sverâ methodo, relabetur:
Publicè in Audit. Boreali, Horâ IX. matut. Pri-
vatim domique Prophetam *Chaggaum* Auditoribus
suis præleget, atque ipso ex fonte interpretabitur;
præcipue de eminentiâ templi secundi, præ domo
priore, historica ac philologica multa allaturus.
Nec minus ad fundamenta Horologii *Schickardiani*
probè jacienda, (neque enim isthuc compendio ul-
lum fuerit aliud luculentius) eosdem Auditores
guaviter strenuèq; manuducet.

Horâ IX.

HENRICUS MüLLEK / Th.D. & Prof. sub ipsum
veris imminentis initium, Volente DEO! Lectio-
nes Anti- Jesuiticas continuabit: iisque absolutis,
de Chiliasmo, quem appellant, sancto discursus
publicos instituet. Collegium quoque Anti-So-
cinianum privatim habendum propediem aperiet.

D. HERMANNUS SJBRAND / Moral. Prof. Publ.
Lectiones publicas auspicabitur ab Institutionibus
Politici Joh. Henr. Bœcleri, in privatis Collegiis
aut Disputationibus accommodaturus se ad desi-
deria & diligentiam Studiosorum.

Horâ X.

D. MICHAEL COBABUS in publicis lectionibus
B super

super Epistolam ad Galatas, Deo volente, die septimo Januarii progredietur eaque Methodo, quā tria priora capita hactenus pertractavit, ante Festum Paschatos, Spiritus S. gratiā absolvet. Postea, divino Numine fave nte, publicē proponet Augustanam Confessionem, ejusque Apologiam: Privatim verò Disputationes Analytico-Theologicas super Epistolam ad Romanos.

HENRICUS RUDOLPHUS Redeker / Pandect. Prof. Quas superiori Semestri æstivo, secundum rubricarum explicationem & connexitatem absolvi prælectiones publicas, easdem circa titulorum definitiones, divisiones, & effectus continuabo. Et privatim Disputationes Schnobelianas ad usum Dunn. Auditorum, quibus id volupe erit, commodabo.

D. JOANNES BACMEISTERUS, Med. Pract: Chirurgiae & Super. Mathem. Prof. Publ. Pro dupli sibi demandato munere horas partietur, suscep tamque Morborum Corporis humani Particularium explicationem, prioribus septimanæ diebus Dæ sc. & Æris, in gratiam Auditorum ita porrò attemperabit, ut nec tyronibus sit defuturus, nec in Arte magis confirmatis. Posterioribus verò, ¼ vis nempè & Æris depositis illis, quæ ad Astronomiam tām Elementarem quam Theoricam s. Theorias Planetarum spectant, Chronographiam Astronomicam, utpote omnium Facultatum Studiosis apprimè necessariam, perspicuè proponet, animosque eorum, quibus volupè est, ex fundamento omnia didicisse, ad Chronographiam Historicam privato Collegio propediem enodandam præparabit. Ad alia etiam Exercitia tām Lectoria, quā Disputatoria Mēdica, æquè ac Mathe-

Mathematica, petituris operam & laborem minimè
abnuet ; sed quantum per Occupationes sic satis dif-
ficiles Practicas , quibus cæteroquin obstrictus est, &
corporis valetudinem licuerit , desideriis Auditō-
rum se accommodare omni studio admitetur.

Horā I.

D. GEORGIUS RADOVIUS , Facultatis suæ p. t. DECANUS,
hactenus Institutiones Justinianæ publicè interpretatus est.
Quoniam autem ipsi non ita pridem Professio Codicis , ex
Amplissimi Senatus Decreto , demandata est : inde novum hoc
ce munus , ita volente DEO , ab interpretatione Authentica-
rum , sive clausularum illarum , quæ ex Novellis summatis
excerptæ , legibusque Codicis subjectæ sunt , quibus per Novel-
las vel derogatur , vel etiam aliquid additur , ordietur , cum
primum , more , in hac Academia recepto , publice introdu-
ctus fuerit . Sicut etiam haud deerit illis , qui privatam ipsius
operam in quacunque juris parte desiderabunt , quantum per
Decanatus , & alias ejus occupationes publicas licuerit .

SEBASTIANUS WYDING / D. mera prælectionibus suis nar-
rabit Paradoxa Medica , eaque Curiosorum censoris publicè
propediem exhibebit .

M. HERMANNUS BECKER / Infer: Math: Prof. P. & Pastor
Cathedr: desiderio Studioſe Juventutis annuens , Horas publi-
cas ECLIPSIGRAPHIÆ sacratum ibit , maximè cum non
Solum Lunaris ; sed & Solaris , Mense Junio , Cœlo saltem
clemente , Eclipsis exspectanda nobis veniat conspicua . Pri-
vatim , Arithmeticā tam vulgari , quam speciosā , sive Symbo-
licā , ad umbilicum jam deductā , ad reliquas disciplinas , Geome-
triam , Trigonometriam , Geodæsiam & Astronomiam , qua-
rum semel spem fecit , promovebit pedem .

Horā II.

JOANNES SJÖRAND / D. & Decretal. P. P. sueta Methodo
sum traditus Expositionem Titulorum Decretalium ad du-
cem Julii Pacii à Beriga , uti in Isagogicis est proposita , ita ut ,

quantum maximâ brevitate fieri possit, quavis lectione Integrum absolvam Titulum.


M. JOHANNES MUNZEL Græc. Ling. Prof. finitâ jam paullò ante brumam Batrachomyomachiâ, difficiliora ex Evangelistâ Matthæo loca Philologicè resolvet, perrecturus B. C. D. & ad alios Evangelistas, librosque N. T. reliquos.

Hora III.

ZACHARIAS GRAPIUS, Th: Lic: Phys: ac Metaph: P. P. divinâ adjutus gratiâ, specialem Physicæ partem, experimentis ubique subnexus, publicè continuabit: Quâ feliciter absoluta, Pneumaticam, prosperante Deo, cointemplabitur; haud negiebitis publicis quibusque disputationibus. Privatim verò modò Metaphysicam, modò Pneumaticam, modo Physicam, eaque vel theticè, vel elenchticè, vel axiomaticè, pro Auditorum placitis pertractabit, omniaque ad usum maximè Theologicum transferet: Vel, si Auditores malunt, Collegium Prædicamentale, ordinatas rerum omnium Classes, ac succinctam illorum cognitionem traditurus, privatim instituet.

ANDREAS DANIEL HABICHTHORST, C. S. Theol. Lic. & Orator. P. P. Tesseram quidem suam, ob absentiam, apponere hâc vice non potuit: nihilo tamen minus acturus erit, quod & Professioni suæ congruum, & Philo-Rhetorum desideriis sufficiens esse queat.





Mathematica, petituris operam & abnuet; sed quantum per Occupas fices Practicas, quibus cæteroquin corporis valetudinem licuerit, dum se accommodare omni studio.

Horâ I.

D. GEORGIUS RADOVIUS, Facultatis sua hactenus Institutiones Justinianas publico Quoniam autem ipsi non ita pridem P. Amplissimi Senatus Decreto, demandata esse munus, ita volente DEO, ab interpres rum, sive clausularum illarum, quæ ex N. excerptæ, legibusque Codicis subjectæ sunt las vel derogatur, vel etiam aliquid additum primum, more, in hac Academia receptum fuerit. Sicuti etiam haud deerit illis, operam in quacunque juris parte desideria Decanatus, & alias ejus occupationes publice

SEBASTIANUS WYDINGUS, D. mera præ rabit Paradoxa Medica, eaque Curiosorum propediem exhibebit.

M. HERMANNUS BECKER, Infer. Mat Cathedr: desiderio Studiosæ Juventutis anticas ECLIPSIGRAPHIAE sacratum ibit, Solum Lunaris; sed & Solaris, Mense Jule Clemente, Eclipsis exspectanda nobis veniat, Arithmetica tam vulgari, quam specie licâ, ad umbilicum jam deductâ, ad reliquas triam, Trigonometriam, Geodesiam & Astronomiam semel spem fecit, promovebit pedem.

Horâ II.

JOANNES SYBAND, D. & Decretal. Prosum traditurus Expositionem Titulorum Documentum Julii Pacii à Beriga, uti in Isagogicis est

B 2

